



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De eodem Rege simplice, qui monachum in Abbatem sancti Dionisij  
promouit, praelatis ambitiosis prudenter amotis, cap. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

**A**nte hoc triennium, defuncto Abbe sancti Dionisij, gentis Francorum Apostoli, cum di-  
fissima illa Abbatia vacaret, & ad eam plutes  
aliparent, venit ad Regem sepe dictum is, qui in con-  
gregatione videbatur esse potior, Præpositus videlicet,  
pro Abbatia supplicans, & dicens; Domine ecce quin-  
gentas offero vobis libras, ut propitius mihi sitis in  
hac Abbatia. Cui Rex nihil promittens, sed simonia-  
cum muneris receptione, quasi in arce spei ponens, re-  
spondit: Date pecuniam Camerario meo secrete. Re-  
cedente igitur Præposito, & quasi de regio fauore cer-  
tificato, Cellerarius, de his nihil sciens, eundem regē  
adit, & Præposito, similia petens, similem pecuniæ  
quantitatē obtulit, a quo simile responsum accepit.  
Nouissimè venit thesaurorum infidus custos, & ipse  
pro Abbatia Regi quingentas libras offerens: cui sicut  
superioribus responsum est. Et licet Rex, sicut homo  
prudens, dissimularet; plurimum tamen ei displicebat  
trium illorum monachorum ambitio, & proprietatis  
vitium, imò tam execrabile furtū, sciens oblatā pecu-  
niā monasterio fuisse subtractam. Præfixit tamen  
conuenti diem, in qua eis Abbatem constitueret, eo  
quod Abbatia in manus eius deuoluta fuisset. Sedente  
Rege in capitulo, verbis ad hoc idoneis præmissis, cū  
diligenter circumspiceret, & personas consideraret,  
tres prædicti monachi, Præpositus videlicet, Cellera-  
rius & Sacrifa in summa expectatione erat positi, sin-  
guli per momenta singula Abbaliam sibi sperantes es-  
se porrigidam. Et licet spes sancta non confundat, Rom. 5.  
omnes tamen in sua expectatione sunt confusi: nā Rex  
videns monachū quendam simplicem in angulo ca-  
pituli residentem, & nihil minus quā de Abbatia spe-  
rantē, inspiratione diuina ut surgeret præcepit. Stante  
illo cū verecundia coram Principe, dictū est ei ab eo-  
dem rege: Domine en committo vobis Abbatia sancti  
Dionisij. Quo audio, homo ille simplex cū regi nō af-  
sentiretur, imò fortiter reclamaret, asserās se personā  
esse humilem, priuatam, & despectam, atq; ad tantam

356 DE SIMPLICITATE  
dignitatem nimis indignam, nimisque insufficientem,  
se vituperando, apud Regem commendauit, & coegerat  
eum. Postea subjecit: Domine, Ecclesia ista plurimis  
debitis est obligata, nec est vnde soluatur. Cui Rex  
subridendo respondit: En in instanti mille quingen-  
tas libras vobis dabo, & cum necesse fuerit, vobis ac-  
commadabo pecuniam, insuper auxilium & consilium  
impendam, præcepitque Camerario supradictam pe-  
cuniam ei afferri. Adhuc puto viuit, & forte per eum  
domus illa melius regitur, quam per illos esset regen-  
da, qui ad eius regimen aspirauerant. Occurrit mihi  
& simile huic in hoc exemplo.

CAPUT XV.

**A**nte haec tempora, cum sub imperatore Frede-  
rico, huius Frederici auo, una ex imperialibus  
Abbatis vacaret, duoque electi essent, nec con-  
cordare possent, unus illorum magnam sum mam at-  
genti, quam in monasterio congregauerat, eidem Fre-  
derico obtulit, quatenus sibi assisteret. Et promisit ei  
pecunias excepta. Postea intelligens aduersarium eius  
virum esse bonum, simplicem, & ordinatum, cœpit cu-  
suis habere consilium, qualiter indignum amoueret,  
& ob virtutes suas electum confirmaret. Et dixit ei  
quidam: Domine, sicut audiui, monachi omnes ex re-  
gula tenentur acus portare; sedente vobis in capitu-  
lo, dicite illi inordinato, ut ad punctionem digitorum  
vestrorum acum suam vobis accommodet, & cum non  
habuerit, inuenietis contra eum occasionem quasi de  
irregularitate. Quod cum factum fuisset, & ille non  
haberet, ait alteri: Domine præstate vos mihi acum  
vestram; quam cum ille mox extraheret, forte premo-  
nitus: Respondit Imperator: Vos estis monachus in  
ordine justus, & ideo tanto honore dignus: ego de-  
creeueram honorare aduersarium vestrum, sed ille ir-  
regularitate sua se reddidit indignum. Bene appareret  
in his minimis quam negligens & dissolutus sit in ma-  
ximis. Taliique sophismate monachum astutum Im-  
perator amouit, & simplicem in Abbatem promovit.  
**APOLLONIUS:** Ignorauit hactenus tantam fuisse virtu-

ter